

00060185

2. Cognoscat quamprimum statum etiam habitualement rerum temporalium Collegij ex libro, cuius mentio fit in Reg. 21. Procur. in quo continetur summa omnium instrumentorum, & titulorum iurium, atque actionum, & fontium omnium stabilium, ac quatuor stabilium: & primo quoque tempore, si commode fieri poterit, visitet praedia rustica, recognoscat eorum fines, ad verbatum qua indigeant reparatione, aut cultura, an ^{pecore} necessario insubueba sint, quae conditiones, & pacta inter Collegium, ac Colonos constituta sint: neque semel visitasse contentus, aliquoties eadem in triennij decursu visitabit.

3. Oeconomia formam, inconsulto Provinciali, ne immutet (congregatio septima d. 82. §. 6.) verbi gratia circa praediorum locationes, circa modum serendi, putandi, plantandi, vinea conficiendi, ac similia: sed se locorum consuetudini conformet, atque id ipsum fieri a Procuratore iubeat: neque ullum novum aedificium inchoet sine expressa Provincialis licentia, & urgente necessitate: multoque minus Benefactores volentes aliquam pecuniae summam Collegio largiri, absque ulla conditione, inducat, ut ad aliqua opera minus necessaria conficienda destinent, v.g. ad picturas &c.

4. Laudabilis consuetudo in Nostorum victu, ac vestitu, ceterisque omnibus ad validitatem conservacionem, & cultum pertinentibus constantiter utenda est: proinde in his nihil novi in

ui introducat, aut introduci patiatur: caveatque diligenter, ne dum liberalis auram captat, fugis famam amittat: atque in excipiendis hospitibus, in tractatione externorum, in recreationibus extraordinarijs, consuetudines Provinciae, de quibus in Ordin. General. c. 9. §. 7. exacte observari procuret.

5. Deposita pecuniarum (si forte aliquo raro casu, necessarijs de causis, admittat) servet intactum, nec illo utatur: mutuum autem nullo modo accipiat, nisi ob urgentem necessitatem victus, ac vestitus Nostorum: & tunc summa non excedat scuta 30. tertium in anno accipienda: idque de sententia Consulentorum, praevio examine de restituendi facultate: nec maiores summas accipere mutuas sit absque Provincialis licentia.

6. Si quid ex annuis Collegij redditibus, aut pecunijs iure legati, vel hereditatis, vel alio quopiam nomine perceptis superbit; id totum in ore alieno dissolvendo, vel augendis redditibus, non autem in aedificijs, ac ornatu minime necessarijs insumatur.

7. Omnes pecuniarum summas (etiam quae conflantur ex pretio rerum venditarum ab aliquo Officiali, v.g. Sartore, Coquo, Dispensatore) curet tradi Procuratori, & in codicem accepti referri: nec patiatur eiusmodi Officialis quicquam vendere, aut alio modo distrahere, nisi consulto Ministro, aut ipso Procuratore.

8. Crebro consulat de rebus temporalibus voca-